



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

1. De miseria natiuitatis humana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

nam S. Augustinus ait nullum peccatum esse tam paruum, quod contemptum non fiat magnum S. Hieronymus dicit non esse in peccatis leuibus considerandum, quod sint parua, sed quod magnus sit Deus, cui displicent. S. Gregorius scribit, veniale aliquando periculo suus esse mortali, eo quod hoc facile notetur, illud non item. Sic multae paruae guttae inbeuntes carinam, quia notatae non sunt, tandem submergunt nauem, quam magni fluctus non submersere.

MEDITATIONES

De Miseriis, in quas natura humana per peccati malum prolapsa est.

MEDITATIO I,

De miseria natiuitatis humanae.

CONSIDERA solos primos parentes nostros Adam & Euam, ut docet S. Gregorius, perfecte cognouisse humanae vitae miseras, quia soli felicitatem, in qua creati erant, experientia ipsa didicerant, nos autem, qui in miseriis nati sumus & educa-

educati, velut phrenetici miseras nostras non sentimus, & ideo sicut illi qui loca male olentia incolunt, fœtorem non olfaciunt, tollente sensum longa consuetudine, ita nos non abhorremus etiam perpetuo, neglecto cœlo in huius vitæ miseriis perdurare. 2. perpende, quomodo possis à tam graui errore liberari: nempe si accuratè meditandò examines primum natiuitatis humanæ miseras, deinde totius vitæ curriculi.

2. Considera, Deum hominem creasse, vt docet Scriptura, ex limo terræ, id est *Gen. 1.* ex vilissima totius mundi materia. Itaque licet Rex sis, Cæsar vel Papa, tamen non es nisi gleba, fimus & limus, qui omniū calcatur pedibus: modum conceptionis humanæ esse tam fœdū, vt Christus, licet illudi & conspui se pass⁹ sit à vilissimis mācipiis, & non homo, sed vermis haberi, tamen eo modo concipi noluerit. 3. quid miserius muliere parturiente: quis dolor intollerabilior, quis planctus miserabilior? 4. bestię, dum nascuntur, prodeunt vel calceatæ, vel lana, squamis, corio, aliisve rebus tectæ. Solus homo nudus prodit cū immunda tunica, & galero immūdiore. Item illæ simulac natæ sunt, natant, vo-

Ff 3 lant,

lant, currunt & quærunt necessaria, sus
magistra: solus homo nihil scit, nihil po
test, nisi aliorum vlnis portetur, aliorum
que manibus foueatur, sed nec edendi, bi
bendi que modum habet, nisi doceatur.
Natura nihil demum eum docuit, nisi
plorare: & vix ante quadragesimum diem
post ortum ridet.

3. **C O N S I D E R A**, quid aliud sit corpus
humanum, quam testa putrida, aut vas cor
ruptum, cui quicquid infunditur, mor
cescit. Quid aliud quam saccus sterco
ribus fartus, & candida niue reclusus, qui
ris quidem pulcher apparet, sed intus ex
crementis, & sordibus plenus est. vbi ge
nium tam sordidum volutabrum reperitur
terrarum existit stagnum tot fautores
fra supra que exhalans? Arbores, herbae, bo
stia multa gratissimi odoris excrementa
effundunt, ac homo solus tam abomi
nanda eiicit, vt non nisi cloaca quaedam
sordium videatur. Hoc Ethnicus Plinius
quondam perpendens, nunquam passus
est corporis sui effigiem depingi, satis est
sibi asserens, quod onus tam immodicum
& anima sua indignum toto vitæ
tempore circumferre co
geretur.

VIT A
Dem
CON
gesti
gestum
Dies ann
anni. Si
ni, & ar
sidera, si
velis, re
se exclu
potius h
ca nihil
gnū. D
quā viu
sepulto
gelidissi
tem ho
plures
rem vit
inde er
Con
rate co
piens a
100. ar
sicut
aliud c

MEU